




1
7
178









SYNOPSEOS BIFORMIS GNOMONICES

PARS TERTIA, ET QVARTA.

Quarum

TERTIA, *est Theorico-Practica, Tabularis, scilicet, in qua Constructio, & Vsus Tabularum, quibus describuntur Horologia Solaria per solam NORMAM; vel ope tantùm AMVSSIS, & CIRCINI, noua, & facillima Logarithmorum Methodo proponuntur.*

Adiunctis Altitudinibus, & Circumferentijs Solis, in principijs omnium Signorum Zodiaci, pro tota Italia, & Lombardia; quarum ope plurimis populorum, Tabulas propositas sibi proprias, breui, ac facili negotio construere, absque calculi molestia, erit in promptu.

QVARTA *tandem, erit Organica, scilicet, Organum, siue Instrumentum facillimum exhibens pro delineandis Horologijs Solaribus Horizontalibus, & Verticalibus. Tùm vniuersim, tùm in specie sub dictis Altitudinibus Poli, absque alio calculi labore.*

SYLLOGEO

AVGVSTINO A' PVTEO

I. V. D. AC MATHESIPHILO.



VENETIIS, Typis Antonij Bosij, M.DC.LXXIX.

Superiorum Permissu, & Priuilegio.

PARS TERTIA

THEORICO-PRACTICO-TABVLARIS.

PRÆFATIVNCVLA.



Xpensis Geometricæ Sciathericorum descriptionis difficultatibus, quas in Superioris Partis Proæmio annuimus; hæc itidem Methodus certò sua facilitatis, breuitatis, & operandi securitatis prærogatiua gaudet. In ea siquidem traditur Ars fabricandi Tabulas Gnomonicas, quibus per solam NORMAM; aut AMVSSIM, & CIRCINVM, quæuis Horologia Solaria expeditissimè delineari possint. Quare totius huius Tertiæ Partis, duplex erit eiusdem Obiecti, seu Tractationis pars, nimirum Tabularum eiusmodi Constructio, & earum Vsus. Ex quibus Constructio planè, si conferatur cum Tabulis Gnomonicis Superioris Partis, gnaris vtriusque Trigonometriæ (quod vtrobique supponimus) est facilior; at Vsus Tyronibus implicatior, & ambiguus; nisi forte diuersitas genij, & gustus aliter sentiat. Nam (vt inquit Orator de Off. lib. 1.) Quisque suo Studio delectatus contemnit alterum.

DE CONSTRVCTIONE TABVLARVM.

Quæ sint puncta, quibus singulæ lineæ horariæ per has Tabulas terminantur. Caput I.



1 Vncta, quibus per has Tabulas terminantur lineæ horariæ in Sciathericis, sunt Vmbrarum latitudinum, & longitudinum extremitates.

2 *Vmbrarum latitudines desumuntur ex arcubus Horizontis inter duos Verticales (quos Azimuth vocant) interceptis; quorum vnus transit per Centrum Solis, alter per locum Styli. Vnde latitudines, quæ numeris, in harum Tabularum areis, exprimuntur; nihil sunt aliud, quam distantiæ inter locum Gnomonis (per quem vnus ex dictis circulis transit;) & vnumquodque punctum, in quo linea Horizontalis secatur à Verticalibus, transeuntibus per communem sectionem Horarij arcus, & paralleli Solis, dum est in Tropicis; vel in principijs Signorum.*

3 Dicuntur igitur istæ latitudines aliæ *Dextræ*, & aliæ *Sinistræ*, respectu illius

Verticalis, qui per locum Gnomonis transit; à quo proinde, hinc, & illinc, in linea Horizontali enumerantur.

4 Sunt etiam aliæ latitudines, quæ collocantur in penultima Tabularum columna, ex parte dextra, cui superpositus est character Solis ☉; *Suntque arcus Horizontis interceptus inter Verticale, quod transit per locum Gnomonis, & illud, quod secat Horizontem in puncto, in quo secatur, vel tangitur ab illo parallelo, quem si Sol occuparet, oriretur illa hora, cuius punctum inquirimus.* Iste autem parallelus, est, qui habet arcum diurnum horarum, quarum complemento, ad 24. notatur dicta hora. Vt parallelus, cuius latitudinem ortiuam quærimus pro puncto horæ decimæ, est parallelus arcus diurni, horarum 14. quia cùm Sol oritur hora decima, longitudo diei artificialis, est quatuordecim horarum, quæ remanent ab hora decima, vsque ad 24. in qua occidit.

5 *Longitudines Vmbrarum oriuntur ex Altitudinibus Solis supra Horizontem; aut ex eiusdem depressionibus, sub Horizonte, quæ respectu Antipodum & ipsæ altitudines appellari poßunt. Nil aliud autem sunt dictæ Altitudines, quam arcus Verticalium, transeuntium per centrum Solis, intercepti inter Almucantarath, vel parallelos Horizontis, in quibus tùm moratur Sol, & ipsum Horizontem.*

6 Alia quædam peculiaris longitudo apponitur latitudini ortiuæ, quæ assignatur horæ 24. pro centro Horologij inueniendo, ad horas Astronomicas ducendas. *Quæ longitudo nil aliud est, quam tangens Altitudinis Poli supra Horizontem; (Anguli, scilicet, quem facit Axis Mundi, transiens per dictum punctum in centro Vniuersi, seu in vertice Styli, cum Axe illius circuli, cui planum Horologij æquidistat;) respectu sinus totius secantis, anguli declinationis muri.*

7 Quid autem sit Azimuth, Almucantarath, &c. iam supponimus ex Prima, & Secunda Parte huius Synopseos.

De tribus scitu necessarijs ad calculum Latitudinum, & Longitudinum. Caput II.

1 AD *Latitudines*, & *Longitudines* supputandas, tria necessariò præcognita, atque data esse debent; scilicet, Altitudo Poli, Differentia Ascensionalis, & Distantia cuiuslibet circuli horarij à Meridiano.

2 *Altitudo Poli* Regionis indagari potest *ex secunda praxi, cap.* 1. *libri* 1. *Partis* 2. *huius Synopsis*; & pro quindecim Altitudinibus, scilicet à grad. 35. vsque ad 50. inclusiuè, ex Tabula Ciuitatum, & Oppidorum, quæ habetur infra.

3 *Differentia Ascensionalis* hac emerget Analogia; *vt in praxi* 3. *eiusdem capitis modò citati.*

Vt Radius, Ad tangentem eleuationis Poli: Ita tangens declinationis, Ad Sinum differentiæ Ascensionalis.

Vel, Iunge Mesologarithmum Altitudinis Poli Mesologarithmo Declinationis loci, cuius quæritur differentia Ascensionalis, & colliges Logarithmum differentiæ Ascensionalis quæsitæ.

Exemplum. Quæratur Differentia Ascensionalis Solis in principio Cancri,

cuius declinatio, est grad.23.m.30.sub Altitudine Poli grad.42.m.o.
Mesologarithmum Altitudinis Poli grad.42.m.o.———— 995444
Iungas Mesologarithmo Declinationis Solis grad.23.m.30.——— 963830
Colligitur Logarith. Differentiæ Ascensionalis grad.23.m.3.——— 959274

4 Distantiæ horariæ eodem prorsus modo innotescent, atque *in superiori parte, praxi 7. capitis primi.*

Exemplum pro distantijs horarum Italicarum sub latitudine Poli grad.42.m.o.

Iungas Quadranti grad.90. Differentiam Ascensionalem, modò inuentam, grad.23. m.3. Colligetur Arcus Semidiurnus Solis in principio Cancri, grad.113. m.3. Subtrahe, relinquetur Arcus Semidiurnus Solis in principio Capricorni, grad.66. m.57. E' singulis Arcubus istis subtrahe quindenos gradus pro singulis horis, donec subtractio fieri potest; ac deinceps pergas, vt in citata praxi, & in Tabella apposita, habebis distantias optatas.

Distantiæ Solis in principio Cancri, & Capricorni sub Altitudine Poli grad.42.m.o.

Horæ Cancri.	*Distantiæ.*		*Horæ Capricorni.*
24	113.	3	12
23	98.	3	13
22	83.	3	14
21	68.	3	15
20	53.	3	16
19	38.	3	17
18	23.	3	18
17	8.	3	19
16	6.	57	20
15	21.	57	21
14	36.	57	22
13	51.	57	23
12	66.	57	24
11	81.	57	
10	96.	57	
9	111.	57	

Datis Altitudine Poli, Differentia Ascensionali, & Distantijs horarijs, Tabulam Horologij Horizontalis construere, exempli gratia, *sub Altitudine Poli grad.*42. *Cap. III.*

1 TAbulæ Horizontalis construendæ duplex est Methodus, quarum prima tradetur in præsenti capite.

2 Accipiatur igitur Altitudo Poli grad. 42. m.o. cum eius Secante * 1346. & Tomologarithmo * 1012893.

3 Differentia Ascensionalis grad.23.m.3. cum eius Sinu * 392. Erunt isti duo termini communes calculo omnium Latitudinum; ideoque Asterisco notati.

Monitum.

4 IN accipiendis Sinibus, Tangentibus, & Secantibus ex Canone Trigonometrico nos hìc omittemus semper duas vltimas figuras, præter duas alias puncto separatas; iuxta proportionem Radij 1000.

Praxis I. Latitudines Vmbrarum inuenire pro horis Italicis in vtriuſque Tropici parallelis.

1 IN iſto calculo duplex caſus occurrit. Primus, quando diſtantia horaria eſt quadrante, ideſt, grad. 90. maior: Secundus, quando eſt Quadrante minor.

Primus Caſus hoc reſoluitur Analogiſmo.

2 VT differentia Sinuum Differentiæ Aſcenſionalis, & Exceſſus diſtantiæ horariæ ſupra Quadrantem, Ad Secantem Altitudinis Poli: Ita Sinus complementi diſtantiæ horariæ ad gr. 180. Ad Tangentẽ latitudinis quæſitæ.

3 *Vel Logarithmicè.* Iungatur Logarithmus Diſtãtię horarię Tomologarithmo Altitudinis Poli; & à Summa ſubtrahatur Logarithmus differentiæ Sinuum Differentiæ Aſcenſionalis, & Diſtantiæ horariæ exceſſus ſupra quadrantẽ: Nam differentia proueniens erit Meſologarithmus, cuius Tangẽs (ſeparatis duabus poſtremis figuris) dabit partes, & minuta latitudinis quęſitę.

4 Vbi circa Monitum *nu. 4. huius cap. obſeruandum* eſt, hìc non ſemper omittẽdas eſſe duas vltimas Sinus figuras, ſed tunc ſolùm, quando Summa ex Logarithmo Diſtãtiæ horarię, ac Tomologarithmo Altitudinis Poli, eſt minor duplo Logarithmi Radij; alioquin vnica tantũ figura poſtrema reijciẽda eſt.

5 Pręterea, *Notandum*, eadem ferè calculi operatione, duas ſemper Latitudines emergere; Alteram horę datę, ac Tropici propoſiti; alteram eidem horę datę reſpondentis, vel in eodem parallelo, vel in oppoſito. In eodem, quando Sinus exceſſus, aut complementi Diſtantię, minor eſt Sinus Differentię Aſcenſionalis; In oppoſito autem, quando Sinus Differentię Aſcenſionalis cedit Sinui complementi.

6 Dixi, *fere eadem operatione*; quia non omninò eadem. Nam ſi prima latitudo inuenta eſt, facta diuiſione, in Regula Aurea, per differentiam Sinuum Exceſſus, vel complementi Diſtantię, & Differentię Aſcenſionalis; altera innoteſcit, diuiſione facta per Summam ex eiſdem Sinibus; & contrà.

7 *Exemplum*. Quęratur Latitudo horę 23. Italicę ſub Alt. Poli grad. 42. &c.

FORMA CALCVLI.	G. M.	Sinus	Logarithmi
Altitudinis Poli Secans	42. 0	*1346	t. *1012893
Diſtantię complementi ad grad. 180.	81. 57	990	999570
Proueniens ex vtriuſque multiplicatione		1332540	2012463
Differentię Aſcenſionalis	23. 3	*392	
Diſtantię exceſſus ſupra grad. 90.	8. 3	140	
Differentia, primus diuiſor. P. 52. m. 88. Quotiens		252	l. 940152
Summa, Secundus diuiſor. P. 25. m. 5. Quotiens		532	l. 972602
Differentia Logar. differentię, cuius Sinus dat P. 52. 87. h. 23. [illegible]			m, 972311
Differentia Logarithmi Summę, cuius Sinus dat P. 25. 3. h. 11. [illegible]			m. 939861

8 Ex

8 Ex qua calculi Formula apparet, *in primis*, quomodo multiplicatis ad inuicem Secante Altitud. Poli, & Sinu complementi ad 180. distantiæ horariæ, gignitur proueniens diuidendus 1332540. *Secundò*, hic diuisus per 252. differentiam Sinuum Differentiæ Ascensionalis, & Distantiæ excessus, tribuit P. 52. m. 88. pro latitudine horæ 23. ♋: & diuisus per 532. Summam eorumdem Sinuum; tribuit P. 25. m. 5. pro hora vndecima eiusdem paralleli ♋; quoniam videlicet Sinus distantiæ excessus Sinui Differentiæ Ascensionalis cedit; *vt in num.* 5.

9 *Logarithmicè* verò. Iunctis Tomologarithmo Altitudinis Poli, & Logarithmo complementi Distantiæ horariæ, colligitur Logarithmus 2012463. maior duplo Logarithmi Radij. Ex quo deinde Differentiæ 252. Logarithmus 940152. subductus, relinquit Logarith. 972311. cui respondet Sinus 5287. hoc est P. 52. m. 87. itidem pro latitud. horæ 23. ♋. Et Summæ 532. Logarithmus 972602. ab eodem 2012463. subtractus, relinquit Logarith. 939861. Cui respondet Sinus 2503. siue P. 25. 3. pro latitudine h. 11. ♋; ob allatam rationem; *suprà num.* 5.

Secundus Casus, idest, quando distantia horaria, est quadrante minor, hac resoluitur Analogia.

10 VT Summa collecta ex Sinibus Differentiæ Ascensionalis, & Complementi distantiæ horariæ; Ad Secantem Altitudinis Poli: Ita Sinus Distantiæ horariæ; Ad Tangentem, quæ (duabus postremis figuris puncto separatis) dabit partes, & minuta Latitudinis quæsitæ.

11 *Exemplum*. Quæratur Latitudo horæ 20. Cancri, cuius Distantia à Meridiano, *ex Tabella superioris capitis*, est grad. 53. m. 3. sub Altitudine Poli grad. 42. m. 0. &c.

CALCVLI FORMA.	G. M.	Sinus	Logarithmi
Altitudinis Poli Secans	42. 0	*1346	t.*1012893
Distantia horaria	53. 3	799	990263
Proueniens ex vtriusque Sinus multiplicatione		1075454	2003156
Distantiæ Complementi	36. 57	601	
Differentiæ Ascensionalis	23. 3	*392	
Summa, qua diuisus proueniens dat P. 10. 83. h. 20. ♋		993	l. 999695
Differentia, qua idem diuisus dat P. 51. 46. h. 16. ♑		209	l. 932025
Differentia Logar. Summę, cuius Tāg. tribuit P. 10. 82. h. 20. ♋			m. 903461
Differentia, Log. Differētię, cuius Tang. tribuit P. 51. 45. h. 16. ♑			m. 971131

12 In hac igitur forma Calculi illud obseruandum est, quod facta diuisione Prouenientis 1075454. per Summam Sinuum Complementi Distantiæ, &

Diffe-

Differentiæ Aſcenſionalis, quotiens dat Partes, & minuta horæ propoſitæ Cancri; facta verò per eorumdem Sinuum differentiam, quotiens tribuit partes, & minuta alterius horæ reſpondentis; at in oppoſito parallelo Capricorni; quoniam hic Sinus Differentiæ Aſcenſionalis cedit Sinui Complementi Diſtantiæ.

13 Reſpondent autem in eodem parallelo, veluti Cancri, horæ vigeſimæ tertiæ, hora vndecima; horæ vigeſimæ ſecundæ, hora decima; horæ vigeſimæ primæ, hora nona.

At in oppoſito parallelo, horæ vigeſimæ Cancri, reſpondet hora decima ſexta Capricorni; horæ 19. Cancri, hora 17. Capricorni; horæ 18. Cancri, hora 18. Capricorni; horę 17. Cancri, hora 19. Capricorni, &c.

Praxis II. Latitudines caſdem in reliquis parallelis inueſtigare.

1 IN reliquis etiam omnibus Signorum parallelis, eadem eſt omninò ratio Latitudinis indagandę, atque in Tropicis. Supputanda eſt enim primùm Differentia Aſcenſionalis paralleli *per num. 3. cap. 2.* Deinde *per num. 4. eiuſdem capitis*, conficiendi ſunt Arcus Semidiurni; ac tandem Solis Diſtantię à Meridiano, ex ipſis arcubus Semidiurnis eruendę. Quibus habitis, ad Latitudinum Supputationem accedendum eſt per Analogias lineares, aut Logarithmorum pragmatiam *cap. 3.*

2 Vbi *Notandum* eſt diligenter, ſingulas videlicet Latitudines duobus Signis deſeruire, quæ ſibi è diametro, in eodem parallelo correſpondent; tàm in parallelis Borealibus, quàm Auſtralibus. Vnde eadem erit Latitudo, in Borealibus, principij ♊, & ♌; principij ♉, & ♍. Et in Auſtralibus, eadem erit Latitudo principij ♐, & ♒; & eadem principij ♏, & ♓.

3 *Exemplum*. Indaganda ſit Latitudo horæ vigeſimę tertię Sole exiſtente in principio Geminorum, & Leonis.

4 Differentia Aſcenſionalis, *ex num. 3. cap. 2.* inuenietur grad. 19. m. 22. Quę etiam inſeruit oppoſitis Signis, in parallelo Auſtrali, Sagittarij, & Aquarij.

5 Arcus Semidiurnus Geminorum, & Leonis *ex num. 4. cap. 2.* eſt grad. 109. m. 22. & Arcus Semidiurnus oppoſitorum ♐, & ♒, grad. 70. m. 38. Vnde promanant Solis diſtantiæ à Meridiano, in dictis parallelis, vt in adiecta hic Tabella *per num. 4. citatum.*

6 Reliqua verò, quæ ad Latitudinum calculum ſpectant, per Caſus *Praxis primæ capitis 3.* proſequemur.

Horæ ♊, & ♌	Diſtantiæ Solis à Merid.		Horæ ♐, & ♒
24	109.	22	
23	94.	22	
22	79.	22	
21	64.	22	15
20	49.	22	16
19	34.	22	17
18	19.	22	18
17	4.	22	19
16	10.	38	20
15	25.	38	21
14	40.	38	22
13	55.	38	23
12	70.	38	24
11	85.	38	
10	100.	38	

7 *Exemplum secundum*. In reliquis duobus parallelis.
8 Differentia Ascensionalis ♉, & ♍; & oppositorum ♏, & ♓, est grad. 10. m. 30.
9 Arcus Semidiurnus ♉, & ♍, grad. 100. m. 34. ♏ autem, & ♓; grad. 79. m. 26.
10 Distantiæ verò Solis, à Meridiano, in vtroque parallelo, vt in apposita hîc Tabella.

Horæ ♉, & ♍	Distantiæ Solis à Merid.	Horæ ♏, & ♓
24	100. 34	
23	85. 34	
22	70. 34	14
21	55. 34	15
20	40. 34	16
19	25. 34	17
18	10. 34	18
17	4. 26	19
16	19. 26	20
15	34. 26	21
14	49. 26	22
13	64. 26	23
12	79. 26	24
11	94. 26	

Praxis III. Latitudines easdem in Aequinoctiali reperire.

1 IN Æquinoctiali Latitudines hac simplici reperiuntur Analogia.
2 *Vt Radius*; Ad Secantem Altitudinis Poli; Ita Tangens Distantiæ Meridianæ; Ad Sinum, cuius duæ vltimæ figuræ dant minuta, aliæ autem partes quæsitæ Latitudinis.
3 *Vel*, Iunge Tomologarithmum Altitudinis Poli gr. 42. m. o. ——1012893
Mesologarithmo distantiæ, *verbigratia*, horæ 23. grad. 75. m. o.——1057195
Fit Logarithmi Sinus 5022. siue P. 50. m. 22. horæ 23.———— 970088
4 Quomodo autem componantur huiusmodi Distantiæ horariæ, pro Æquatore; tùm pro horis Astronomicis, & Inæqualibus, supponimus iam notum, *ex praxi 7. cap. 1. superioris partis huius Synopsis*.

Praxis IV. Vmbrarum Longitudines pro parallelis Borealibus, Australibus, & Aequatore.

1 PRo Longitudinibus inueniendis quatuor sunt Casus. Primus, pro parallelis Borealibus, quando Distantia horaria excedit quadrantem. Secundus, pro iisdem parallelis, quando Distantia horaria quadrantem non excedit. Tertius, pro parallelis Australibus. Quartus, pro Æquinoctiali.

Casus primi Analogismus.

2 VT *Tangens* Declinationis paralleli; Ad Radium: Ita sinus excessus supra quadrantem Distantiæ horariæ à Meridiano; Ad Tangentem, cuius accipiendus est numerus graduum, & minutorum eidem respondentium in latere Canonis Geometrici; & addendus complemento Altitudinis Poli; & aggregati numeri tangens, separatis duabus postremis figuris, tribuet partes, & minuta Longitudinis quæsitæ.
3 *Vel*, *Logarithmicè*. Colligantur simul Logarithmus excessus supra quadrantem Distantiæ horariæ, & Logarithmus Radij; & à Summa subtraha-

tur Mesologarithmus Declinationis dati paralleli; & Differentia erit Mesologarithmus, cuius ex Canone accipiendus erit numerus graduum, & minutorum, &c. vt priùs.

4 *Exemplum.* Quæratur sub Altitudine Poli grad. 42. m. 0. Longitudo horæ 23. in ♋. Cuius horæ distantia est grad. 98. m. 3. & paralleli declinatio grad. 23. m. 30. *Vt in Tabula Declinationum, quæ habetur in prima parte huius Synopsis, pag. 70.*

CALCVLI FORMA.	G.	M.	Sinus	Logarithmi
Excessus Distantiæ horariæ	8.	3	140	914624
Radius	*90.	0	*1000	*1000000
ProuenIens ex ductu sinus in Rad.			140000	1914624
Declinationis paralleli Tang.	23.	30	*435	*m. 963830
Quotiens Tang. 322. Cui respondent	17.	51		m. 950794
Complem. Altit. Poli addendum	*48.	0		
Summa,	65.	51.	Cuius Tang. dat P. 22. m. 30. Longitudinis quæsitæ horæ 23. ♋.	

5 *Nota.* Termini obelisco signati, sunt omnibus, & singulis calculis communes.

Secundi Casus Analogismus.

6 QVando distantia horaria est quadrante minor, Fit,

Vt, Tangens declinationis dati paralleli; Ad Radium: Ita Sinus Complementi distantiæ Meridianæ; Ad Tangentem, cuius graduum, & minutorum accipiendus est numerus, & conferendus cum Complemento Altitudinis Poli; & Tangens differentiæ (separatis puncto duabus postremis figuris) est Longitudo quæsita, in partibus, & minutis.

Vel Logarithmicè, vt in præcedenti Casu.

7 *Exemplum.* Quæratur Longitudo horæ vigesimæ secundæ Cancri, cuius distantia est grad. 83. m. 3.

CALCVLI FORMA.	G.	M.	Sinus	Logarithmi
Radius	90.	0	*1000	*1000000
Distantiæ Complementi	6.	57	121	908280
Proueniens ex ductu Sin. in Rad.			121000	1008280
Declinationis paralleli ♋	23.	30	T. *435	*m. 963830
Quotiens, Tang. Cui respondent	15.	33	T. 278	m. 944450
Complem. Altitud. Poli	48.	0		
Differentia	32.	27.	Cuius Tangens 626. dat Partes 6. 36. pro Longitudine horæ 22. ♋ quæsita.	

Casus tertij Analogia, idest, pro parallelis Australibus.

8 ANalogia pro parallelis Australibus non differt à præcedenti, nisi, quod hic Altitudo Poli semper additur gradibus 90. & à Summa, numero graduum, & minutorum Tangentis numeri Quotientis subtracto, residui Tangens (duabus postremis figuris puncto distinctis) est ipsa Longitudo quæsita.

9 *Exemplum*. Quæratur Longitudo horæ 23. ♑; cuius distantia est grad. 51. m. 57.

CALCVLI FORMA.	G.	M.	Sinus	Logarithm
Radius	90.	0	*10001	*1000000
Distantiæ Complementi	38.	3	6161	978983
Proueniens ex multiplicatione			6160001	1978983
Declinationis paralleli	23.	30	T.*4351	*m.963830
Quotientis Tang. Cui respondent	54.	47	T. 14161	m.1015153
Quadrans colligendus cum Altitud. Poli	90.	0		
Altitudo Poli	42.	0		
Summa	132.	0		
Ex hac deme quotientis grad.	54.	47		
Residuum	77.	13.	Cuius Tangens 4407.	

est Longitudo quæsita P. 44. 7. horæ 23. ♑.

Longitudines Vmbrarum in Æquinoctiali (qui est quartus casus) expiscari.

10 TAngens Altitudinis Poli (duabus postremis figuris puncto diuulsis) est longitudo quæsita pro horis omnibus. Veluti in præsenti exemplo sub Altitudine Poli grad. 42. m. 0. sunt P. 9. m. 0.

Ex habitis Vmbrarum Latitudine, & Longitudine Tabulam ordinare. Caput IV.

1 PRimùm, delineandum est Tabulæ Diagramma, decem columnis distinctum, si Latitudines, & Longitudines supputatæ fuerint pro omnibus Signorum parallelis; Sin autem pro Tropicis, & Æquatore tantùm, sex dumtaxat columnis.

In prima columna disponantur horæ Italicæ, & in decima horæ Babylonicæ, quæ semper sunt complementa Italicarum ad 24.

In secundæ columnæ singulis laterculis scribatur, Lat. Long. idest, Latitudines, & Longitudines.

In tertia, descripto prius in fronte signo Cancri ♋, & sub ipso P. M. hoc est, Partes, & Minuta centesima; omnes Latitudines, & Longitudines, respondentes horis notatis in prima columna, disponantur; Idemque in reliquis columnis peragatur, signis in fronte columnarum descriptis, hoc ordine. In fronte quartæ columnæ, ♌♊; in fronte quintæ, ♍♉; in fronte sextæ, ♎♈; in fronte septimæ, ♏♓; in fronte octauæ, ♐♒; in fronte nonæ, ♑.

2 *Secundò*, circa Latitudines obseruandum est, quænam, respectu Styli, sint vel dextræ, vel sinistræ; cuius praxis, talis habetur Canon. *Omnes horæ occidentales, sunt sinistræ, & debent notari litera, S; omnes autem orientales, sunt dextræ, & notantur litera, D. Occidentales sunt omnes illæ, quarum distantia à Meridiano (incipiendo ab hora vigesima quarta) lineam transuersalem, in Tabella Distantiarum, ductam, præcedit. Vt in nostro exemplo ab hora vigesima quarta, vsque ad decimam septimam inclusiuè; Orientales verò illæ omnes, quæ post lineam transuersalem sequuntur.*

3 *Tertiò*, circa longitudines obseruandum venit, quænam collocandæ sint suprà, aut infrà lineam Verticalem in Horizontalibus, & Horizontalem in Verticalibus. Nam, *quæ cadunt suprà notandæ sunt obelisco *; quæ verò infrà, nullo signo.* Canon autem huiusce rei dijudicandæ, hic esto. *Longitudines, quæ per casum primum indagantur, cùm sint Boreales, omnes cadunt suprà, & ideò asterisco * sunt distinguendæ. Quæ reperiuntur per secundum casum, si numerus graduum, & minutorum Quotientis fuerit minor complemento Altitudinis Poli, erunt Boreales, ac proinde asterisco notandæ; contrà verò, si prædictus numerus complemento Altitudinis Poli sit maior.*

4 *Quartò*, inuenienda est Longitudo pro centro Horologij, à quo ducuntur lineæ Horariæ Sciatherici Astronomici; quæ quidem Longitudo, nihil est aliud, quàm Tangens complementi Altitudinis Poli. Vt in præsenti exemplo, Tangens grad. 48. quæ est *1111*, nimirum, P. 11. m. 11.

De Constructione Tabularum pro Horologijs Verticalibus. Caput V.

Praxis I. De Verticali Meridiem, aut Aquilonem præcisè aspicienti.

1 IN plano Verticali præcisè Meridiem spectante, semper eleuatur Polus Antarcticus, ad complementum Altitudinis Poli Horizontalis. Vt in nostro, quod prosequimur, exemplo, grad. 48. Quo suppesito; ad huiusmodi Verticalem Altit. Poli supputanda est differentia Ascensionalis; conficiendus Arcus Semidiurnus Cancri, & Capricorni; Accipiendæ distantiæ horariæ à Meridiano, non tamen ad Altitudinem Poli Verticalis, sed Hori-

zon-

zontalis, grad.42. Vnde distantiæ, quæ construendo Horizontali inseruiunt, eædem inseruiunt etiam Verticali. Sed illud maximè *obseruandum* est, vt illæ tantùm distantiæ adscribantur Cancro, quæ non excedunt Arcum Semidiurnum Capricorni, ad Altitudinem Poli Verticalis, grad.48. qui est grad. 61. m.8. vt sunt distantiæ ab hora 13. vsque ad 20. & Capricorno illæ distantiæ attribuantur, quæ non excedunt Arcum Semidiurnum Cancri grad. 118. m.52. similiter ad latitudinem Poli Verticalis.

2 Quibus positis, supputandæ sunt Latitudines, & Longitudines, per easdem Analogias, atque in Horizontalibus; dummodò, quicquid ibi præcipitur de parallelis Borealibus, hìc de Australibus intelligatur; & contrà.

3 Præterea indaganda est Latitudo, quæ collocatur in penultima columna Tabulæ, sub signo Solis ☼ sic: Accipiatur distantia Solis à Meridiano illius Astronomicæ, cuius numerus correspondet numero dimidij ipsius horæ ab Occasu, cuius latitudo eiusmodi quæritur; tùm fiat; Vt Radius; Ad Tangentem huius distantiæ Solis: Ita Sinus Altitudinis Poli Horizontalis; Ad Tangentem, quæ dabit partes, & minuta latitudinis, siue Circumferentiæ in Tabula collocandæ:& numerus graduum huic Tangenti respondentium, erit complementum latitudinis ortiuæ horæ ab occasu.

4 *Exemplum*. Sit ad latitudinem Poli grad.42. m.o. inquirenda latitudo ortiua pro hora 20. ab Occasu, cuius dimidius numerus, est 10. & horæ decimæ Astronomicæ distantia Meridiana, est grad.30.

Ducatur igitur grad. 30. Tangens 57735. in sinum Altitudinis Poli grad. 42. 66913. & productum, per Radium 1000000. diuisum dabit P. 3. m. 87. pro Circumferentia, siue latitudine quæsita; totusque numerus 38722. in Tabulis Tangentium, dabit grad. 21. m.10. Complementum scilicet grad. 68. m.50. amplitudinis ortiuæ horæ vigesimæ ab occasu.

5 Centrum tandem Horologij dabit Tangens Altitudinis Poli Regionis, grad.42. m.o. P.9. m.o.

6 His omnibus inuentis, in Tabulæ Diagrammate, vndecim columnis distincto, vt suprà, delineato, Latitudines, & Longitudines, &c. distribuantur, Latitudines Boreales dextræ notentur litera, S; Sinistræ, litera, D. Sicut pro Australibus horis, D, latitudinem dextram, & S, Sinistram indicare debet. Similiter Longitudines illarum horarum, quarum Altitudines Solis non sunt supra Horizontem nostrum, sed Antipodum, debent asterisco signari, vt ab alijs distinguantur. Istæ enim longitudines pro Horologijs Australibus sumuntur suprà lineam Horizontalem; pro Borealibus, infrà.

Praxis II. De Verticalibus Declinantibus.

1 Hic eadem omnia scitu necessaria sunt, quæ pro calculo Tabularum Gnomonicarum, iuxtà Methodum D. Ioannis Paduanij, explicauimus suprà, *Parte 2. lib. 1. cap. 2. praxi 3.*

2 Quibus præmissis, vsque ad distantias horarias, inclusiuè, eodem planè calculo, atque in superiori Praxi, Latitudines, & Longitudines, etiam pro

Horo-

Horologijs Declinantibus, exarabimus. Verùm iam tandem ad faciliora transeamus.

De ijs, quæ necessaria sunt ad Tabulas Gnomonicas easdem, alia faciliori methodo construendas.
Caput VI.

1 HÆc Secunda Methodus supponit Almucantarath, & Azimuth, idest, Altitudines, & Circumferentias Solis; vel *per calculum vniuersalem totius capitis primi, libri* 1. *Partis* 2. *huius Synopseos*, exarandas; vel *per aliquem Auctorem, veluti Clauium, in suo paruo libello Astronomiæ*, iam ad omnes Poli Altitudines collectas: Vnde nos Tabulas sequentes Altitudinum, & Circumferentiarum, exscripsimus. Quarum ope singulæ Ciuitates, & Oppida totius Italiæ, & Lombardiæ, cum alijs permultis, expeditissimè, & facilimè, absque calculi labore, Tabulas Gnomonicas, cuilibet loco proprias, sibi conflare poterunt.

CATALOGVS
INSIGNORVM CIVITATVM,
Et Oppidorum Italiæ, & Lombardiæ.

Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.	Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.
ACqua Pendente in Toscana.	42.	33	*Aosta, & Auosta.*	45.	43
Acque nella Liguria.	44.	33	*Aquila nell' Abruzzo.*	42.	42
Aiazzo in Corsica.	41.	36	*Aquilegia.*	45.	58
Alba della Liguria.	44.	36	*Aquino nell' Abruzzo.*	41.	39
Albenga della Liguria.	44.	0	*Argenta sotto Ferrara.*	44.	38
Alessandria della Paglia.	44.	44	*Ariano nel Regno di Napoli.*	41.	18
Alisi nell' Abruzzo.	41.	32	*Arpino nel Latio.*	41.	46
Altino in Marca Triuigiana.	45.	43	*Arrezzo di Toscana.*	41.	25
Amalfi in Puglia.	40.	45	*Ascoli nella Puglia.*	41.	14
Amantia in Italia.	39.	19	*Ascoli nella Marca.*	43.	8
Amelia nell' Vmbria.	41.	31	*Assisi nell' Vmbria.*	42.	54
Ancona.	43.	54	*Asti nel Piemonte.*	44.	42
Andria nella Puglia.	41.	16	*Atri nel Regno di Napoli.*	42.	56
S. Angelo nell' Abruzzo.	42.	54	*Auersa in Campagna.*	41.	43
S. Angelo nel Regno di Napoli.	41.	6	*BAgnacauallo in Romagna.*	44.	31
Angea del Lago maggiore.	45.	27	*Bagnarea in Toscana.*	42.	32

Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.	Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.
Bardi nella Liguria.	44.	33	*Caſſano in Calabria.*	40.	3
Bari in Puglia.	41.	13	*Caſtel à Mare in Sicilia.*	37.	44
Barletta in Puglia.	41.	21	*Caſtel Franco nell'Emilia.*	44.	32
Baſſano in Italia.	45.	51	*Caſtel Guelfo nell'Emilia.*	44.	32
Baſſignano nella Liguria.	44.	53	*Caſtel Guelfo di Lombardia.*	44.	46
Baſtia nella Corſica.	42.	36	*Caſtel S. Pietro nell'Emilia.*	44.	28
Belluno.	46.	13	*Caſtiglion del Lago di Toſcana.*	42.	55
Beniuento in Campagna.	41.	18	*Caſtiglion delle Stiuiere.*	45.	24
Bergamo in Lombardia.	45.	43	*Catania in Sicilia.*	37.	36
Bern ne' Suizzeri.	47.	2	*Catanzaro in Calabria.*	39.	5
Bertinoro in Romagna.	44.	13	*Cento nel Ferrareſe.*	44.	39
Berſello in Lombardia.	44.	1	*Cefalonia Città dell'Iſola.*	37.	12
Biſſignano nella Baſilicata.	39.	44	*Cereti nel Latio.*	42.	45
Bitonto in Puglia.	41.	9	*Ceruia in Romagna.*	44.	21
Bologna.	44.	30	*Ceſena in Romagna.*	44.	13
Bolſena in Toſcana.	42.	30	*Ceua in Piemonte.*	44.	16
Bolzano.	46.	33	*Ceuta in Mauritania.*	35.	21
Bondeno nel Ferrareſe.	44.	51	*Chieti in Italia.*	42.	47
Borgo S. Donino in Lombardia.	44.	47	*Chiauena ne' Griſoni.*	46.	11
Borgo S. Sepolcro in Toſcana.	43.	33	*Città di Caſtel nella Toſcana.*	42.	20
Bormio ne' Griſoni.	46.	13	*Ciuidal di Bellun.*	46.	13
Boſſa in Sardegna.	39.	49	*Ciuità vecchia.*	41.	49
Butrinto in Grecia.	49.	48	*Coira de' Suizzeri.*	46.	18
Bouino in Campagna.	41.	33	*Comacchio.*	44.	42
Bozolo in Lombardia.	45.	4	*Como di Lombardia.*	54.	43
Breſcia in Lombardia.	45.	32	*Conio nel Piemonte.*	44.	20
Breſſillo in Lombardia.	44.	1	*Conſtanza nelle Alpi Noriche.*	47.	42
Brindiſi in Terra d'Otranto.	40.	47	*Conſtantinopoli.*	42.	56
Budrio nell'Emilia.	44.	50	*Conuerſano nel Regno di Napoli.*	41.	6
Buſſetto in Lombardia.	44.	55	*Corfù Città nell'Iſola.*	39.	37
CAgli nell'Vmbria.	43.	38	*Correggio nel Modoneſe.*	44.	47
Cagliari in Sardegna.	38.	41	*Cortona in Toſcana.*	43.	0
Calui in Campagna.	41.	24	*Coſenza in Calabria.*	39.	28
Calui in Corſica.	42.	11	*Coſmopoli nell'Iſola d'Elba.*	42.	22
Camarana in Sicilia.	36.	38	*Cotignola in Romagna.*	44.	30
Camerino nell'Vmbria.	43.	19	*Crema di Lombardia.*	45.	16
Carmagnola in Piemonte.	44.	39	*Cremona di Lombardia.*	45.	1
Carpi in Lombardia.	44.	48	*DAmala nella Morea.*	36.	56
Capoa in Campagna.	41.	20	*Deſenzano in Lombardia.*	45.	29
Capri Iſola del Tirreno.	40.	41	*Dulich nella Ceffalonia.*	37.	46
Cariati vecchia in Calabria.	39.	40	*ESte in Lombardia.*	45.	21
Cariati noua.	39.	42	*S. Eufemia in Calabria.*	39.	6
Carrara di Liguria.	43.	58	*Eugubio nell'Vmbria.*	43.	8
Caſal di S. Euaſio nel Mōferrato.	44.	54	*FAbriano nella Marca.*	43.	28
Caſal maggiore di Lombardia.	44.	57	*Faenza in Romagna.*	44.	23
Caſerta in Campagna.	45.	18	*Fano nell'Vmbria.*	44.	4

Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.
S. Felice in Campagna.	40.	58
Fermo nella Marca.	43.	28
Ferrara in Lombardia.	44.	9
Fiaſcon Montefiaſcon.	42.	26
Finale nel Modoneſe.	44.	46
Fiorenza in Toſcana.	43.	41
Fiume Città dell'Hiſtria.	45.	36
Fondi in Campagna.	41.	32
Forlì in Romagna.	44.	17
For nouo nel Parmeggiano.	44.	38
Foſſambruno nell'Vmbria.	43.	52
Fraſcati nella Terra di Lauoro.	41.	57
Fraſellone nella Terra di Lauoro.	41.	44
Fuligno nell'Vmbria.	42.	48
GAietta in Campagna.	41.	24
Garda in Lombardia.	45.	48
Genoua nella Liguria.	44.	27
Gira Iſola nel Mediterraneo.	36.	1
Girgento in Sicilia.	36.	58
Giulianoua d'Abruzzo.	43.	9
Gradiſca in Schiauonia.	46.	8
Gratz nella Stiria.	47.	2
Grauina in Campagna.	40.	52
HAla d'Iſpruch.	47.	22
Hermione nella Morea.	36.	40
IEſi, ò Giezi nell'Vmbria.	43.	45
Imola nella Romagna.	44.	26
Inſpruck.	47.	15
Inurea nel Piemonte.	45.	17
Iſchia Città, & Iſ. nel Tirreno.	41.	5
Iſergnia nell'Abruzzo.	41.	47
Iſeo Caſtello del Lago Iſeo.	45.	40
Iſola della Scala.	45.	20
LAgo nero in Calabria.	40.	13
Lampadoſa Iſ. nel Mediter.	35.	34
Lanciana nell'Abruzzo.	42.	38
Lauſanne ne' Suizzeri.	46.	40
Lentini in Sicilia.	37.	24
Leſina Iſola nell'Adriatico.	43.	19
Lignago nella Lombardia.	43.	13
Lintz d'Auſtria.	48.	20
Lipari Iſola.	38.	8
Liuorno in Toſcana.	43.	18
Lodi in Lombardia.	45.	8
Lodrino in Dalmatia.	42.	13
Lucca di Toſcana.	43.	40
Lucera nel Regno di Napoli.	41.	45
Lucera ne' Suizzeri.	46.	59
MAcerata nella Marca.	43.	33
Mallorca Città, & Iſola.	39.	35
Manfredonia nell'Apulia.	41.	7
Mantoa di Lombardia.	45.	11
Marano nel Friuli.	45.	54
Marſalla in Sicilia.	37.	20
Marſico nel Regno di Nap. nouo.	40.	29
Marſiglia in Prouenza.	43.	20
Martorana in Calabria.	39.	13
S. Maſſimo nel Regno di Napoli.	41.	39
S. Maura in Terra d'Otranto.	39.	59
Mazzara in Sicilia.	37.	7
Medicina nell'Emilia.	44.	34
Magalopoli di Morea.	36.	40
Melazzo in Sicilia.	38.	27
Melfi in Puglia.	41.	6
Meſſarano in Piemonte.	45.	17
Meſſina in Sicilia.	38.	21
Milano di Lombardia.	45.	14
Milzano in Italia.	43.	14
Minerbino in Italia.	40.	50
Mirandola in Lombardia.	44.	54
Modena nell'Emilia.	44.	38
Modone in Grecia.	35.	28
Molfetta nel Regno di Napoli.	41.	15
Moliſe nel Regno di Napoli.	41.	49
Monaco della Liguria.	43.	39
Mondoui della Liguria.	44.	21
Mondragone d'Italia.	41.	23
Monopoli in Italia.	41.	6
Monſelice in Lombardia.	45.	22
Montagnana in Lombardia.	45.	12
Monte Caſino.	41.	39
Monte peloſo in Italia.	40.	48
Monte Fiaſcone.	42.	26
Monte Pulciano in Toſcana.	43.	0
Monte Verde in Italia.	41.	7
NApoli in Campagna.	41.	5
Nardò in Terra d'Otranto.	40.	21
Narenzo, & Narũto in Dalmatia.	43.	22
Narni nell'Abruzzo.	42.	29
Nebbio in Corſica.	42.	30
Nicaſtro nel Regno di Napoli.	39.	10
Nicotera, & Nicodro in Calabria.	38.	46

Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.	Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.
Nizza della Paglia.	44.	37	*Rapallo della Liguria.*	44.	21
Nocera della Marca.	43.	17	*Rauenna in Romagna.*	44.	26
Nocera dell'Vmbria.	40.	55	*Recanati nella Marca.*	43.	38
Nola in Campagna.	41.	7	*Reggio nell'Emilia.*	44.	43
Noli della Liguria.	44.	12	*Reggio di Calabria.*	38.	15
Nonantola in Lombardia.	44.	41	*Rieti nell'Abruzzo.*	42.	29
Nouara nell'Insubria.	45.	10	*Rimini in Romagna.*	44.	14
Nouellaria in Lombardia.	44.	43	*Ripa Transona nella Marca.*	43.	22
Offida nella Marca.	43.	14	*Rocca di Mādragone in Cāpagna.*	41.	23
Oneglia nella Liguria.	43.	53	*Roma in Terra di Lauoro.*	41.	54
Oppido nell'Apuglia.	40.	42	*Rossano in Calabria.*	39.	49
Oria in Terra d'Otranto.	40.	41	*Rôueredo in Lombardia.*	44.	53
Ortona à Mare nell'Abruzzo.	42.	45	*Rouigo in Lombardia.*	45.	8
Oruieto in Toscana.	42.	36	*Sabioneda in Lombardia.*	45.	0
Osmo nella Marca.	43.	42	*Salerno nel Regno di Napoli.*	40.	51
Ostia del Teuere.	41.	48	*Saluzzo nella Liguria.*	44.	30
Ostiglia in Lombardia.	45.	5	*Sarno in Campagna.*	41.	0
Padoa in Lombardia.	45.	31	*Sarcina in Romagna.*	44.	3
Palestina in Terra di Lauoro.	42.	1	*Sarzana nella Liguria.*	44.	8
Palermo in Sicilia.	38.	10	*Sassari in Sardegna.*	40.	23
Palma in Friuli.	46.	4	*Sassuolo su'l Modonese.*	44.	32
Parenzo nell'Istria.	45.	34	*Sauigliano nel Piemonte.*	44.	30
Parma in Lombardia.	44.	44	*Sauignano in Romagna.*	44.	13
Patti in Sicilia.	38.	24	*Sauona nella Liguria.*	44.	18
Pauia in Lombardia.	44.	58	*Scarparia in Toscana.*	43.	58
Penna nell'Abruzzo.	42.	50	*Sebenico in Dalmatia.*	41.	12
Perugia in Toscana.	42.	56	*Sessa in Campagna.*	41.	28
Pesaro.	44.	7	*Sestri di Leuante nella Liguria.*	44.	20
Pescara nell'Abruzzo.	42.	51	*S. Seuerina in Calabria.*	39.	20
Piacenza in Lombardia.	44.	52	*S. Seuerino nella Marca.*	43.	26
Picighittone in Lombardia.	45.	3	*Siena in Toscana.*	43.	11
Pinarolo in Piemonte.	44.	42	*Signia nell'Istria.*	45.	32
Piombino in Toscana.	42.	33	*Sinigalia nell'Vmbria.*	43.	55
Piperno in Terra di Lauoro.	41.	45	*Siponto nell'Apulia.*	41.	50
Pisa in Toscana.	43.	9	*Siracusa in Sicilia.*	37.	4
Pistoia in Toscana.	43.	42	*Solmona nell'Abruzzo.*	42.	27
Policastro nel Regno di Napoli.	40.	9	*Soluturn ne' Suizzeri.*	47.	22
Ponte Centino in Italia.	42.	37	*Sora nell'Italia.*	41.	56
Ponza Isola nel Tirreno.	41.	14	*Specia nella Liguria.*	44.	17
Populi Città nell'Abruzzo.	42.	34	*Spitaletto nel Regno di Napoli.*	41.	6
Porretta su'l Bolognese.	44.	12	*Spoleti nell'Vmbria.*	42.	43
Pozzuolo in Campagna.	41.	5	*Stigliano nel Regno di Napoli.*	40.	29
Rachalbuto di Sicilia.	37.	34	*Surriento nel Regno di Napoli.*	40.	46
Ragusa vecchia in Dalmatia.	42.	35	*Susa d'Italia nell'Alpi.*	44.	47
Ragusa noua.	42.	33	*Taranto nell'Apulia.*	40.	40
Randazzo in Sicilia.	37.	50	*Tauormia in Sicilia.*	37.	57

Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.	Nomina Locorum	Alt. Pol. Gr.	M.
Tauerna nella Calabria.	39.	12	*Venafri in Campagna.*	41.	41
Teleso	41.	25	*Venetia d'Itàlia.*	45.	33
Teramo } *nell'Abruzzo.*	43.	1	*Venosa in Apulia.*	41.	0
Termole	42.	24	*Vercelli nell'Insubria.*	45.	3
Terni nell'Vmbria.	42.	32	*Verona in Lombardia.*	45.	33
Terracina in Campagna.	41.	31	*Vgento in Italia.*	40.	6
Tirolo.	46.	38	*Vienna d'Austria.*	48.	22
Tiuoli in Terra di Lauoro.	42.	8	*Vieta nel Regno di Napoli.*	42.	9
Todi in Toscana.	42.	41	*Viadana in Lombardia.*	44.	55
Torino nel Piemonte.	44.	49	*Vicenza in Lombardia.*	45.	39
Tortona nella Liguria.	44.	45	*Vigeuano nell'Insubria.*	45.	6
Trani di Apulia.	41.	18	*Villa Franca di Liguria.*	43.	38
Treuiso.	45.	45	*Vintimiglia nella Liguria.*	43.	41
Trieste nell'Istria.	45.	57	*Viterbo in Toscana.*	42.	21
Trigno nell'Abruzzo.	42.	30	*Voghera della Liguria.*	44.	58
Tropea in Calàbria.	38.	50	*Volsena in Toscana.*	42.	30
V*Arallo nell'Insubria.*	45.	30	*Volterra in Toscana.*	43.	9
Varesia in detta.	45.	40	*Vrbino nell'Vmbria.*	43.	53
Vdene nel Friuli.	46.	13	Z*Ara vecchia in Schianonia.*	44.	20
Veletri in Terra di Lauoro.	41.	51	*Zara nuoua.*	44.	34

TABVLÆ

ALTITVDINVM SOLIS,

Et Circumferentiarum Horizontalium inter Verticalem Primarium, & alios Verticales, per centrum Solis transeuntes, pro Horis ab Ortu, & Occasu, ad plures Latitudines Poli.

1 *Obseruandum* est autem pro explicatione notarum *, †, & literarum A,B.

2 Quod Asteriscus *, *in signis Borealibus*, significat horam illam, & omnes antecedentes, in eodem parallelo, cadere infra Horizontem: *In Australibus verò*, indicat horam illam adhuc extare supra Horizontem, reliquas autem superiores, infra Horizontem.

3 Hæc nota †, in *signis* tàm *Borealibus*, quàm *Australibus*, pro horis *ab Occasu*, indicat horam proximam post Meridiem: In horis autem *ab Ortu*, proximam ante Meridiem.

4 B B, in Circumferentijs indicant, tàm horas, quibus sunt affixa, quàm omnes interclusas, esse Boreales; & A A, similiter horas Australes.

5 In signis autem Australibus, & Æquatore, omnes supra Horizontem, sunt Australes; quales sunt omnes horæ sequentes in fra singulas illarum inclusiuè, quæ Asterisco notantur.

ALTI-

ALTITVDINES SOLIS, ET CIRCVMFERENTIÆ,
Ad Latitudinem Poli grad. 35.

Horę Ital.	♋ Grad. M.	♌ ♊ Grad. M	♍ ♉ Grad. M.	♎ ♈ Grad. M.	♏ ♓ Grad. M.	♐ ♒ Grad. M.	♑ Grad. M.	Horę Bab.
9	6. * 38	10. * 47	21. * 30	35. * 24	49. * 12	59. * 42	63. * 42	15
10	3. 58	0. * 6	10. * 30	24. * 11	37. * 38	47. * 49	51. * 41	14
11	15. 20	11. 22	1. 6	12. * 14	25. * 30	35. * 34	39. * 25	13
12	27. 13	23. 20	13. 13	0. * 0	13. * 13	23. * 20	27. * 13	12
13	39. 25	35. 34	25. 30	12. 14	1. * 6	11. * 22	15. * 20	11
14	51. 41	47. 49	37. 38	24. 11	10. * 36	0. * 6	3. * 58	10
15	63. 42	59. 42	49. 12	35. 24	21. 30	10. 47	6. * 38	9
16	74. 19	70. 7	59. 16	45. 11	31. 6	20. 15	16. 3	8
17	78. † 15	75. 12	65. 42	52. 18	38. 35	27. 55	23. 47	7
18	70. 47	70. † 12	65. † 21	55. 0	42. 52	33. 1	29. 8	6
19	59. 23	59. 48	58. 27	52. † 18	43. † 3	34. † 48	31. 27	5
20	47. 13	47. 56	48. 11	45. 11	39. 7	32. 59	30. † 21	4
21	34. 57	35. 41	36. 32	35. 24	31. 53	27. 51	26. 3	3
22	22. 51	23. 27	24. 22	24. 11	22. 27	20. 11	19. 6	2
23	10. 8	11. 29	12. 6	12. 14	11. 38	10. 42	10. 13	1
24	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	24

CIRCVMFERENTIÆ HORIZONTALES,
Ad Latitudinem Poli grad. 35.

Horę Ital.	♋	♌ ♊	♍ ♉	♎ ♈	♏ ♓	♐ ♒	♑	Horę Bab.
9	34. * 51	34. * 14	32. 31	*	26. 1	21. 16	18. 33	15
10	26. 5	25. * 0	22. * 15	*	13. 27	8. 23	5. 47	14
11	18. 14	16. 49	13. 18	*	3. 41	1. 1	3. 6	13
12	10. 49	9. 2	4. B 54	0. 0	4. 54	9. 2	1. 49	12
13	3. B 6	1. B 1	3. A 41	8. 44	13. 18	16. 49	18. 14	11
14	5. A 47	8. A 23	13. 27	18. 20	22. * 15	25. * 0	26. 5	10
15	18. 33	21. 16	26. 1	29 50	32. 31	34. 14	34. * 51	9
16	43. 53	44. 10	44. 33	44. 48	41. 58	45. 3	45. 5	8
17	77. † 36	89. 45	73. 35	64. 58	60. 25	58. 0	57. 12	7
18	31. 58	44. † 29	70. † 28	90. 0	79. 2	73. 15	71. 22	6
19	13. 9	21. 25	42. 30	64. 58	80. † 51	89. † 55	87. 4	5
20	2. A 21	8. A 26	24. 41	44. 48	62. 1	73. 6	76. † 57	4
21	6. B 0	0. B 55	12. 29	29. 50	46. 15	57. 52	62. 7	3
22	13. 29	8. 58	2. A 53	18. 20	33. 33	44. 56	49. 15	2
23	21. 0	16. 44	5. B 40	8. 44	23. 7	34. 8	38. 23	1
24	29. B 8	24. B 56	14. B 5	0. 0	14. 5	24. 56	29. 8	24

ALTITVDINES SOLIS, ET CIRCVMFERENTIÆ,
Ad Latitudinem Poli grad. 36.

Horę Ital.	♋ Grad. M.	♌ ♊ Grad. M	♍ ♉ Grad. M.	♎ ♈ Grad. M.	♏ ♓ Grad. M.	♐ ♒ Grad. M.	♑ Grad. M	Horę Bab
9	5. * 36	9. * 50	20. 45	34. 54	48. 59	59. 45	63. 53	15
10	4. 54	0. 46	9. * 59	23. 52	37. 38	48. 7	52. 7	14
11	16. 11	12. 6	1. 34	12. 5	25. 41	36. 2	40. 1	13
12	27. 57	23. 57	13. 33	0. * 0	13. 33	23. 57	27. 57	12
13	40. 1	36. 2	25. 41	12. 5	1. 34	12. 6	16. 11	11
14	52. 7	48. 7	37. 38	23. 52	9. * 59	0. 46	4. 54	10
15	63. 53	59. 45	48. 59	34. 54	20. 45	9. * 50	5. * 36	9
16	73. 59	69. 44	58. 44	44. 29	30. 13	19. 13	14. 57	8
17	77. † 9	74. † 12	64. 48	51. 24	37. 35	26. 50	22. 38	7
18	69. 46	69. 10	64. † 19	54. 0	41. 50	31. 55	28. 0	6
19	58. 36	59. 0	57. 35	51. 24	42. † 6	33. † 48	30. 25	5
20	46. 37	47. 19	47. 32	44. 29	38. 21	32. 9	29. † 30	4
21	34. 30	35. 14	36. 4	34. 54	31. 20	27. 15	25. 25	3
22	22. 32	23. 9	24. 4	23. 52	22. 6	19. 48	18. 42	2
23	10. 58	11. 19	11. 57	12. 5	11. 28	10. 31	10. 2	1
24	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	0. 0	24

CIRCVMFERENTIÆ HORIZONTALES,
